

De Exaltatione

est phideratio sue sincerissime puritatis de qua dicitur **Canti. vii.** Venter tuus sicut aceruus tritici vallatus lilijs. In eius enim vtero fuit triticum de quo dicit **Johannis. x.** Nisi granum frumenti etc. Et fuit instar acervi qui in ymo est latus et in summo angustus. quia christus quantum ad humanam naturam nobis fuit manifestus. Quantum vero ad divinam naturam fuit valde occultus. Et fuit vallata. id est circumdata lilijs puritatis. scilicet intus et extra. sursum et deorsum a dextris et a sinistris. ante et retro. Et dicitur lilijs in plurali. quia habuitundas cogitationes. affectiones. intentiones. locutiones et orationes. Vel fuit lilijs vallata. id est puritate munita. ita quod hostis nunquam per impuritatem ad eius cor intrare potuit. Medicina autem contra avariciam est phideratio sue paupertatis. nam ipsa fuit pauper ante partum. quia fuit nupta pauperi sponso. vasa pauperi iumento et hospitata in pauperi domo. Fuit pauper in partu. quia pro thalamo habuit stabulum. pro lecto habuit presepe et fenam. pro domicillis habuit bovem et asinum. Fuit etiam pauper post partum. quia obtulit oblationem pauperum. nutrebat filium per acum et colu. et nullum cum filio habuit domiciliu. Medicina vero contra superbiam est phideratio sue humilitatis. Est autem humilitas coacta. spontanea et honorata. Humilitas coacta et si de se non sit meritoria. habet tamen intra se causam unde generet mercedem quam necessitas puerit in virtute. **Psalm.** Humiliauerunt in pedibus pedes eius. Humilitas vero spontanea et si de se sit meritoria habet tamen causam unde generetur. **Michae. vi.** Humiliatio tua in medio tui. Sed humilitas honorata nullam habet coactionem. nec humiliandi occasionem. sed quanto magis talis a deo ex tollitur tanto magis ad humiliaiora propius cadit. Talis fuit humilitas marie. que quidem honorata ab angelo qui eam reuerenter salutavit. a patre qui eam elegit. a spiritu sancto

Sancte Crucis

quo qui eam sanctificavit. a filio qui eam impregnauit. a toto mundo qui eam beatam dixit. tamen se humilians dicit. Resperit humilitatem ancille sue etc. **Quarto** eius venter est beatus. quia est fons omnium gratiarum. **Cantic. iij.** Fons ortorum puteus aquarum viventium que fluunt impetu de libano. Habuit virgo ortum. campum et viridarium. Ortus sunt electi qui sensus suos clauserunt. in quo sunt flores et herbe redolentes. id est gratie et virtutes. Campus autem sunt peccatores qui nullam habent in sensibus suis clausuram et in quibus sunt multe arbores steriles et infructuose. Viridarium vero sunt beati. in quibus virgo benedicta spaciatur et delectatur. Habet igitur iste fons triplicem rivum. Unum qui habet virtutes secundandi. istum mittit in ortum electorum secundans eos per opera virtutum. ideo dicitur. **Fons ortorum. Isa. l. v.** Quod descendit in herbe de celis etc. Secundo habet rivum qui habet virtutem vivificandi et istum mittit in campum peccatorum qui cum sint mortui et steriles ipsos vivificat et secundat. ideo subditur. puteus aquarum viventium. **Ezech. xlvij.** Omnia ad que venerit torrens vivent. Tercio habet rivum qui habet virtutem lenificandi. et istum mittit in viridarium beatorum quos adeo inebriat quod spiritus eos lenificat. per flumina imperius lenificat civitatem dei. ideo subditur. que fluunt impetu de libano. Libanus est mons altus et interpretatur candidatio. et significat illum qui est altus per divinitatem. et candidus per humilitatem. Ab isto libano facit effluere in beatos aquas gratiarum et hoc cum impetu. id est cum magna plenitudine et cum magno sono leticie et cuius iugi et continua emanatione.

De exaltatione sancte crucis.

Sermo primus.

Ego dominus humiliavi lignum sublime. et exaltaui lignum humile. **Ezech. xviij.**

D. iij.

De Exaltatione

Dicuntur dupliciter differentia ligni scilicet lignum sublime sed humiliatum. lignum humile sed exaltatum. lignum sublime sed humiliatum est christus. qui usque ad nos per scalam habentem tres gradus se humiliavit. scilicet usque ad carnem usque ad mortem et usque ad crucem. **Phil. ij.** Semen ipsius etiam inuit formam serui accipiens. quo ad primum. factus obediens usque ad mortem quo ad secundum. mortem autem crucis. quo ad tertium. Magna fuit humilitas quoniam lux purissima humiliavit se usque ad lutum. maior quoniam vita se humiliavit usque ad mortis supplicium. maxima vero quoniam dominus angelorum humiliavit se usque ad patibulum latronum. Per hanc scalam humilitatis et nos descendere debemus ut ascendere mereamur scilicet usque ad carnis et infirmitatis nostre purificationem. **Michae. vi.** Humiliatio tua in medio tui. usque ad mortem. id est usque ad victoriarum mortificationem. **Col. ij.** Mortificate membra vestra que sunt super terram. usque ad crucem. id est penitentiae susceptionem. **Matth. xxi.** Si quis vult venire post me ab. **Ecce.** Lignum humile sed exaltatum est lignum sancte crucis quod prius erat humile. quia erat supplicium latronum. sed factum est valde sublime quod factum est gloria imperatorum. **Aug.** Crux que prius erat supplicium latronum transit ad frontes imperatorum. Si talem honorem deus prout penitus suis qualis ergo honorem prestat suis. Fuit autem istud lignum sublime factum et exaltatum in celo. in mundo in inferno ut sit rex quod dicitur **Phil. ij. ca.** In nomine ihesu omne genu flectat celestium terrestrium et infernorum. Est igitur exaltatum in celo quia ipsum celum reserauit. Vanua enim celestis triplici clausura fuit firmata et clausa. ut habet **Gen. ij.** scilicet angelica custodia. flamma apposita et rumphra bis acuta. Crux autem virtute sanguinis custodiam angelicam remouit quod clavis est. **Isa. xxi.** Dabo clauem dauid super humerum eius. **Matth. xxi.** Sanguis christi clavis est pa-

Sancte Crucis

radisi. Item flammam extinxit quod aqua celestis in huius significatione de latere christi exiit sanguis et aqua. De his duobus **Matth. xxi.** Flammia illa et rumphra foris presidens cherubin christi extincta et reserata sunt sanguine. Rumphra bis acutam abstulit quod precium est. Illa namque rumphra erat diuina iusticia que requirebat sanctam crucem indignam que per christi sanguinem est facta. **1. Petri. i.** Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis. sed pretioso sanguine. **Secundo** exaltatum est in mundo. quod ibi mira opera fecit. scilicet sapientie potentie et misericordie. Et idcirco ter in anno celebramus festum sancte crucis scilicet in parascue. in inuentione. et in exaltatione. Nam in parascue fecit opus mire sapientie. quia diabolus sapienter decepit. **Aug.** Tetendit christus muscipulam crucem suam posuit escam carnem suam. diabolus autem voluit capere escam carnis et captus est ab hamo veritatis. **Job. xl. ca.** An extrahere poteris leuatham hamo. In inuentione fecit opus mire potentie. quia maxentium tyrannum deuicit et sustinuit in imperium iuste restituit. multos mortuos suscitauit et infirmos curauit. Ista omnia sunt opera diuine potentie et diuine iusticie maxime tyrannum deicere et humiles exaltare. Sapientie. **iii. capi.** Benedictum lignum per quod fit iusticia. **Luce. j. cap.** Fecit potentiam in brachio suo. Sed in exaltatione fecit opus mire misericordie. quia deus tunc multis lacrimis christi anorum eradium confortauit. tyrannum deuicit. et gentiles ad fidem conuertit. Sapientie. **xiii. capi.** Eriguo ligno credunt homines animas suas. Tunc enim eradium et ceteri ligno crucis animas suas crediderunt. quod sibi se deuote commendauerunt et victoriam obtinuerunt. Tercio fuit exaltatum in inferno quia diabolus deuicit et superauit. diabolus namque tunc erat robustus munitus et securus. **Luce. xi. capitu.** Cum foris ecce

q̄ robustus. armatus custodit arcum. ecce q̄ munitus. in pace sunt omnia que possider. ecce q̄ securus. Sed xps per lignū crucis robustū percussit. quia est baculus dei. Isa. xxx. Audite domini pauebit assue id est dyabolus virga percussus. Ista enim dicitur virga moysi que serpentes deuorauit. q̄ virtus crucis demones p̄strauit. Crisostomo. Ubiq̄ demones signū crucis viderint territi fugiunt timentes baculū quo plagam acceperunt. Secundo munitum vulnerauit. q̄ est gladius et ensis dei. Quod autem sit gladius dicit origenes. Tanquam est virtus crucis ut si in mente fideliter habeatur nulla libido. nulla peccati macula poterit preualere. sed primo ad memoriaz eius torius peccati et mortis fugit exercitus. nullus demonum p̄stare poterit videri gladiū in quo deiectus est. Crisostomo. Dyabolus timet crucem quasi ensē in quo letale vulnus accepit. Tercio securus terruit et expoliavit. q̄ est vexillū dei. Solent namq̄ aduersarij ad visionē vexilli regis fugere et spolia dimittere. sic et demones ad vexilli visionem crucis territi fugerunt. et sanctos qui erant in limbo dimiserunt. Isa. xij. Super montem caliginosū. id est super dyabolū leuate signū crucis. et ingredientes portas scilicet ciuitatis superne duces. id est sancti patres se et alios discere ducunt. Istam triplicē virtutē crucis quā habuit in inferno contra demones tangit Isa. li. dicens. Nunquid nō tu percussisti superbum. ecce q̄ percussit robustum baculo dei. vulnerasti draconem. ecce q̄ vulnerauit munitū gladio et ense dei. qui posuisti p̄fundū maris vitā ut transirent liberati. id est patres ex limbo educti. ecce q̄ ipse xps virtute ipsius crucis spoliavit securus.

De eodem. Sermo. ij.

Mibi autē absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu christi. per quem mihi mundus crucifixus

est et ego mundo. Hec scribit apostolus ad Galath. vi. tanq̄ dicat. Quidam gloriātur in affluentia diuitiarū. Psalm. In multitudinem diuitiarū suarum gloriāntur. Quidam in seculari potentia. Iudith. i. Gloriābat quasi potens in potentia sua. Quidam in religione simulata Galathas. vi. Volunt vos circumcidi ut in carne vestra gloriētur. sed reuera mihi absit gloriari nisi in cruce dominica. In premillis autem verbis apostolus tria facit. Primo ostendit q̄ in cruce est solummodo gloriandū. cuius dicit. Mibi absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu christi. In qua quidem gloriari debemus p̄pter suam dignitatem. et nostram utilitatem. Eius autem dignitas ostendit q̄ in passione fuit imperiale solium. Isa. vi. Vidi dominū sedentem super solium etc. Fuit namq̄ illud solium excelsum. q̄ christus per crucem celi excelsa p̄scendit. Fuit eleuatum. q̄ omnia ad se traxit. Fuit plena omnis terra maiestate eius. q̄ totam ecclesiam gratia sue benedictionis impleuit. In inuentione crucis factum est ecclesie triumphale vexillum. Isa. xi. Leuabit dominus signū in nationibus et congregabit p̄fugos israel etc. In exaltatione factum est ecclesie victoriale signum. Isa. xij. Super montem caliginosum. id est super demonem leuate signū etc. In iudicio extremo erit in regale scepterū. per quod christus bonos reget clementer. Hebre. x. Accede et tange scepter. Diaulos autem reget inflexibiliter. Psalm. Reges eos in virga ferrea. Secundo debemus gloriari in ea p̄pter nostram utilitatem. q̄ in ipsa inueniuntur omnis gloria nostra. scilicet interior que est in conscientie puritate. ij. ad Corinth. i. Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. quia conscientiam mundat. ad Hebre. ix. Sanguis christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. Exterior que est in tribulatione et infirmitate. ij. ad Corinth. xij.

De Exaltatione

Libenter enim gloriabor in infirmitatibus meis ut inhabitet in me virtus christi. i. crux que ipsas tribulationes dulcorat. hoc significatum est **Ero. xv.** in ligno quod aquas amaras dulcorauit. Superior que consistit in supernorum reuelatione. **q. Cor. xij.** per hominibus sed reuelationibus gloriabor. quia archana reuelat. hoc significatum est **Matth. xxvij.** in velo templi scisso. quia ea que fuerant velata per christi passionem sunt repleta et manifestata. Inferior que consistit in presentium perfectione et amore. **i. Thessal. ij.** Nos estis gloria nostra et gaudium quod caritatem inflammat. **i. Johan. ij.** In hoc cognouimus caritatem dei. quia ille per nobis animam suam posuit et nos debemus per fratribus nostris animas nostras ponere. Secundo ostendit in qua cruce sit gloriandum cum dicit Domini nostri ihesu christi. Est namque crux latronis a sinistris et crux latronis a dextris crux petri et crux christi. Sunt enim qui cruce afflictionis portantur damnablem sicut desperantes. **Et isti sunt in cruce latronis a sinistris. Ille. xxvij.** Duplici contradictione contemere eos domine deus noscitur. Sunt qui portant patienter sicut penitentes. et isti sunt in cruce latronis a dextris. **Jaco. v.** Patientes estote usque ad aduentum domini. Sunt qui portant libenter sicut perficientes. et isti sunt in cruce petri. **q. ad Cor. xij.** Libenter gloriabor in infirmitatibus meis etc. Sunt qui portant gaudent sicut faciunt perfecti. isti sunt in cruce christi. **Actu. v.** Ibant apostoli gaudentes a conspectu populi. **¶** Tercio namque ipse apostolus ponit causam ex qua sit gloriandum. cum dicit Per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo. ubi notandum est quod si filii sint duo viui mutuo se vident. si vero unus est viuis et alius est mortuus viuis bene mortuum videt. sed mortuus videre non potest viuum Sed cum ambo sunt mortui neuter alterum videre potest. Homo igitur et mundus sunt quasi duo insimul constituti

Sancte Crucis

Hic autem ambo viuunt quoniam homo mundum diligit et mundus hominem fauoribus et prosperantibus comitatur. De talibus dicitur **Jo. xij.** Ipsi de mundo sunt ideo de mundo loquuntur et mundus eos audit. Aliquam vero mundus mortuus est homini sed tamen adhuc homo viuunt mundo quando scilicet mundus hominem prosperantibus non persequitur. tamen ab homine per amorem retinetur. **Grego.** Ecce iam mundus in seipso aruit et adhuc in cordibus nostris floret. Aliquam e converso homo mortuus est mundo. sed tamen mundus adhuc viuunt homini quando homo seque mundum mente fugit et tamen mundus ipsam occupationibus astringit. **Grego.** Plerumque pringit ut homo mundum mente non teneat sed tamen mundus hominem occupationibus astringit. Ipse tunc mundo mortuus sed ei mundus mortuus non est. Quia vero mundus homini mortuus est et homo mortuus est mundo seque quoniam homo mundum non diligit et ipse mundus hominem fauoribus non extollit. Talis erat apostolus cum dixit. Tibi mundus crucifixus est et ego mundo etc. **Greg.** Cum quis in amore mundum non retinet nec rursus ab amore mundi retinetur vicissim sibi utriusque extincti sunt. quia dum alter alterum non appetit quasi mortuus mortuum non attendit.

De eodem **Sermo. iij.**
Quoniam factus est pro nobis obediens usque ad mortem. mortem autem crucis. **Phil. ij. ca.** Quia precaria iuxta se posita amplius elucescunt. Ideo apostolus ponit christi humilitatem et sublimitatem. Est enim quedam gemma prefulgida ipsa humilitas in honore. et honor in humilitate. In premissis quidem verbis duo tangi possunt. scilicet genus passionis. cum dicitur. Mortem autem crucis. et triumphus exaltationis. cum subdit. Propter quod et deus exaltauit illum et dedit illi nomen quod est super omnia etc.

De Exaltatione

Circa primū notandū est q̄ p̄ueniēs fuit
ut cūctus mortem crucis sustineret. et hoc
quintuplici ratione. **P**rimo ut nullū ge-
nus mortis sanctis timendum esse doce-
ret. Est enim quoddā genus mortis qd̄
est valde dolorosum et non ignominiosum
sicut decapitatio. quoddam econuerso. si-
cut in p̄nbulo suspensio. quoddā est do-
lorosum et ignominiosum. sicut crucifixio
que est ignominiosa. q̄ erat supplicium la-
tronum. est dolorosa q̄ fit in locis neruo-
sis in quibz maior dolor sentitur. **V**oluit
igit hoc genus mortis sustinere ut doceret
nullum genus mortis xpi fidei ibus esse ti-
mendum quantumcūqz fuerit dolorosum
ignominiosum vel utroqz mō esse videret.
Secundo ut mala ade restitueret. **A**daz
enim ad lignū manū extendens quatuor
peccata p̄misit sc̄z peccatum auaricie in eo
q̄ immoderatā sciētiā appetiuit. **S**u-
perbie in eo q̄ dei equalitatem p̄cupiuit.
Inobedientie in eo q̄ dei precepta p̄tem-
psit. **G**ule in hoc q̄ veritum pomū mādu-
cauit. **I**deo xps manū in ligno extendēs
sanctificat per liberalitatem. per humilitatē
per obedientiā. et per aspiratē. **P**hilipp. ij.
Non rapinā arbitratus est esse se equalē
deo. ecce quanta liberalitas. diuinitatem
enim non auare rapuit sed liberaliter eam
nobis impendit. **F**ormā serui accipiens.
ecce quanta humilitas. factus obediēs vs-
qz ad mortē. ecce quanta obedientia. mor-
tem aut crucis. ecce q̄ dura et amara pena.
Tercio ut elementa sanctificaret et mun-
daret. Sanctificauerat enim xps terram
sup̄ eam longo tpe ambulando. **A**quā se
in ea baptizari faciendo. et sup̄ mare gradi-
endo. **I**gnem sc̄ficaturus erat sp̄m sanc-
tum in specie ignis transmittendo. **N**ō re-
stabat nisi ut sanctificaret aerem. non sub
tecto sed in aere moriendo. **Q**uarto ut as-
censum in celū nobis prepararet. **N**ō qui-
dem ceciderat sed ad celū resurgere nō va-
lebat. q̄ deo satisfacere non poterat. **N**on

Sancte Crucis

mo enim satisfacere debebat. sed non pore-
rat. **A**ngelus vero satisfacere non debebat
nec poterat. **D**eus purus poterat sed nō
debebat. ideo factus est deus hominū pos-
set in q̄trum deus. et deberet in quantum ho-
mo. **S**ed si iste mediator semp̄ stetit in
celo nimis fuisset in loco alto. si semper in
terra nimis in loco infimo. ideo i loco me-
dio. i. in aere se ponere volebat. ut hominē
qui in terra erat assumeret. et vsqz ad celū
exaltaret. **I**ohan. xij. **S**i exaltatus fuero
a terra omnia traham ad me. **Q**uinto ut
vniuersalem saluationem ostenderet. **E**-
rat namqz deus recōciliandus. infernus
p̄culcandus. populus gentilis attrahen-
dus. et populus iudeorū reprobandus. iō
per mortem crucis voluit mori ut p̄ caput
sursum deum reconciliaret. per pedes deorū
sum inferos p̄culcarer. per manum dexte-
ram ad aquilonem extensam gentes in fri-
gore infidelitatis positas attraheret. et per
manum sinistram ad austrū expansam. po-
pulum iudeorū in quibz aliquando calor
fidei vigere p̄sueuerat reprobarer. **S**ecū-
do ponitur triumphus exaltationis. **E**t
ista exaltatio attendi potest quantum ad
crucem. et quantum ad illum qui p̄pen-
dit in cruce. **C**ruis siquidem exaltata est in
celo. quia ianuam celestē referauit. **H**oc
significatum est **H**ester. iij. quia cūz nul-
lus palacium regis ausus esset intrare.
virga regis aurea ipsum introduxit. **I**n
inferno. quia ipsum spoliavit. **U**nde dici-
tur **Genesis. xxxij.** **I**n baculo meo transi-
ui iordanem istum. et nunc cum duabus
tutinis regredior. **D**ue turme fuerūt om-
nes sancti qui fuerunt ante legem. et sub
lege. **U**el vna turma fuit angelorum. et
alia fuit ipsorum hominum. **E**xaltata est
etiam in mundo. et hoc tripliciter. **P**ri-
mo. quia ponitur in locis eminentibus
ecclesiarum. **H**abemus etenim memori-
ale passionis. **U**num in visu quod est
passio christi in ipse ymaginibz figurata.

De Exaltatione

Aliud in auditu. quod est ipsa passio xpi predicata. Tercium in gustu quod est xpi passio in sacramento altaris tam signatet expressa. Secundo imprimimur in frontibus fidelium. hoc significatum est. **Ero. xij.** ubi sanguis agni iubet poni in supliminari. et in utroque posse. Superliminare est frontis sed duo postes sunt corpus et cor. **Debet autem memoria crucifixi esse in fronte per impressionem. in corpore per mortificationem et in corde per frequentem recordationem.** Tercio per miraculorum operationem per primum in inuentione et exaltatione crucis ubi per virtutem sancte crucis multa miracula sunt ostensa. Exaltabitur autem in iudicio quia supra solis radios tunc lucebit. **Crisostomus.** Sol obscurabitur. et luna non dabit lumem suum ut discas quoniam crux est luna lucidior et sole erit clarior. Secundo ista exaltatio attenditur quantum ad illum qui in cruce pependit. Qui quidem descenderat et se humiliauerat quantum ad quatuor. scilicet quantum ad mortis supplicium cuius debitor ipse non erat. quantum ad locum. quod corpus positum fuit in sepulchro et eius anima fuit posita in limbo. cum utrumque debuisset esse in celo. quantum ad multiplex obprobrium quod a iudeis sepius audiuit. cum tamen laudes et gratiarum actiones potius audire debuisset quantum ad humane potestatis subiectionem quod traditus est humane potestati. cui ipse in manu haberet omnium potestates. Quia igitur christus sic descenderat. ideo per crucem meruit exaltari. Primo quantum ad gloriosam resurrectionem. ut qui se humiliauerat usque ad supplicium mortis gloriam indueret gloriose resurrectionis. Secundo quantum ad mirabilem ascensionem ut qui se humiliauerat usque ad sepulchrum et ad limbum exaltaret usque ad celum. Tercio quantum ad paternam dexteram sessionem ut qui descenderat usque ad obprobria exprobrantium exaltaret usque ad dexteram paternam fastigium. Quarto quantum ad iudiciariam potestatem

Sancte Crucis

ut qui humane potestati fuerat subiectus et iniuste iudicatus omnium iudex sit effectus.

Eodem die

Sermo. iiii.

Exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum. **Iob. xij.** In his verbis duo tanguntur. Primum est sublimitas crucis cum dicitur. Si exaltatus fuero a terra. Secundum est utilitas passionis. cum subditur. Omnia traham ad meipsum. Circa primum est notandum quod ipsa crux fuit multipliciter exaltata. Primo ut esset ecclesie candelabrum. **Luce. vndecimo.** Nemo accendit lucernam et cetera. **Crisostomus.** Lucerna vniuersalis est ecclesia. candelabrum crucis est lignum lucerna diuina sapientia incarnata. Lucerna igitur in candelabro existens christus est pendens in cruce. Secundo ut esset nauis ecclesie malum. **Crisostomus.** Nauis ecclesie instructa fidei gubernaculo felici cursu per huius seculi mare habens deum gubernatorem. angelos remiges. portus choros omnium sanctorum erecta in medio ipsa saluari arboris crucis. in qua euangelice fidei vela suspendens spiritu sancto flante ad portum paradisi deducitur. Tercio ut esset solum iudicis. **Leo papa.** Admirabilis potentia crucis. o ineffabilis gloria passionis. in qua et tribunal domini et iudicium mundi et potestas est crucifixi. Isti autem solio christus iudicia sua exercuit. et ius suum omnibus dedit. Ambrosius. Auctor humani generis in cruce existens pietatis officia diuidebat. persecutionem quidem apostolis. pacem vero discipulis. corpus autem iudeis. patri spiritum. virgini paranimphum. latroni paradisum. peccatoribus infernum. christianis penitentibus crucem commendauit. Quarto ut esset cathedra magistralis. **Augustinus.** Lignum in quo fixa fuerant membra morientis etiam cathedra fuit christi docens

De Exaltatione

Docuit autem ibi tres lectiones que significant per titulum ibi positum. Docet ei peccatores qd sperent et firmiter credant per crucem saluari. ideo dicitur **Ihesus**. i. saluator. Docet bonos vt per crucem spent virtutibus adornari. ideo dicitur nazarenus. id est floridus. Docet beatos vt per crucem fiant se in celestibus coronari. ideo dicitur rex iudeor. **Secundo** ponit vtilitas siue efficacia passionis cum dicit. **Omnia** tribam ad in eipsum. **Ista** autem tractio tribus modis potest intelligi. **Primo** vt dicat nos trahere per multiplicem efficaciam sue virtutis. **Sunt** namque quatuor que communiter attrahunt et dicuntur. scilicet simile. vacuum. calidum et quedam naturales proprietates rerum. **Cum** finis autem nos attrahit per simile nos ite mortuorum. **Hebre. ij.** Debit autem per omnia fratribus assimilari etc. **Per** vacuum siue paupertatis. **ij. Cor. viij.** Scitis granarium domini nostri ihesu christi quoniam propter nos egenus factus est etc. **Per** calidum caritatis. **Iohan. xv.** Maiorem hac dilectionem nemo habet etc. **Per** proprium pietatis. quia ei est proprium misereri semper et parcere. **Sicut** enim adamas naturaliter attrahit ferrum. sic et christi pietas ad se trahit omne cor digne. **Secundo** vt ipse dicat nos trahere per dispositionem sui corporis in cruce existentis. et hoc quadrupliciter secundum beatus. scilicet per capitis inclinationem. sicut vnus angelus attrahit alium vt det sibi osculum. **Canti. viij.** Quis mihi det te fratrem meum etc. **Per** brachiorum apertionem sic mater attrahit filium. **Isa. xlij.** Nunquid mulier obliuisci potest infantem suum etc. **Per** manuum perforationem. sicut liberalis attrahit egenum. **Christus** namque manus perforatas habuit. quia nihil sibi retinuit. sed animam dedit patri. corpus ioseph. ecclesiam petro. matrem iohanni. paradysum latroni. et vestes crucifixori. **Per** lateris apertionem. sicut foramen attrahit ad se columbas ad abscondendum. **Canti. ij.** Surge aperta ami-

Sancte Crucis

ca mea et veni in foraminibus petre in cauernam macerie. **Tercio** vt dicat nos trahere per efficaciam sui sanguinis. **Circa** quod notandum quod homo erat a deo elongatus. frigore nimio repletus. amaricatus in carceribus et induratus. **Sanguis** autem christi habet virtutem reuocatiuam per quam reuocat elongatos. **Sicut** enim illi qui reuocant aues arborescunt ascendunt. et ad ipsas subulant. sic christus arborescunt crucis ascendens reclamauit verbis **Luce. xxiij.** **Pater** ignosce illis. **Clamauit** etiam cum lacrimis **Hebre. v.** Cum clamore valido et lacrimis exauditus est. **Clamauit** etiam sanguine **Genie. ij.** vox sanguinis fratris tui abel clamat ad me de terra **Trenor. j.** **De** vos omnes qui transitis per viam etc. **Secundo** habet virtutem calefactiuam per quam calefecit frigidus. hoc significatum est. **j. machabe. vi.** vbi dicitur quod elephantis offidebant sanguinem vne et mori ad inflammandum eos ad prelium. **Fructus** mori secundum **ambrosio.** primo est albus. postea est rubeus postea est niger. **Sic** christus primo fuit albus. id est innocens et purus in tota sua puerfatione. rubeus in cruce. et niger in morte. **Tercio** habuit virtutem dulcoratiuam per quam dulcorabat amaricatos. **Hoc** significatum est **Ero. xv.** vbi dicitur quod lignum in aquas amaras immisum eas dulcorauit. quia memoria crucis omnes tribulationes in dulcedinem peruertit. **Beatus.** **Tua** dulcedo stephano lapides torrentis dulcorauit. craticulam **Laurentio** dulcem fecit. pre tua dulcedine ibant apostoli gaudentes a prospectu consilij etc. **Dicitur** quod si vas cere noue viridisque clausum ponatur in aqua. aqua que per poros ingreditur dulcis efficitur. **Istud** vas cere noue clausum fuit corpus christi quod et fuit ceruicem scilicet de ape. id est virgine natus. et nouum. quia nulla vetustate infectum. et clausum. quia nulli temptationi peruium. **Porum** autem eius sunt vulnera in que si tribulationes immittuntur in dulcedinem peruertuntur.

Greg. Si christi passio ad memoriam re-
ducit nihil adeo durum quod non equo
animo tolereſ. **¶** Quarto habet virtutem
reſeratiuam p quam eduxit incarceratos
in limbo poſitos. **zacha. ix.** Tu quoq in
ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos
tuos de lacu in quo non eſt aqua. Unde
in hiſtorijs legitur q Salomon habebat
ſteurionem habentem pullum quem cum
in cauea vitrea incluſiſſet pater illum ha-
bere non poſſet vermem de deſerto attulit.
de cuius ſanguine vitz linuit et protinus
pſectum fuit. Iſta cauea eſt infernalis ca-
uerna in qua incluſus erat pulus. id eſt
omniũ ſanctorũ cetus. Sed venit vermis
culus. i. chriſtus qui dixit i pſalmo. Ego
ſum vermis et. et cum ſanguine ſuo infer-
num fregit. et ſanctos qui ibi erant eduxit
¶ Pſal. Contruit por. etc. et. **¶ Oſee.** Ero
mors tua et. Dicit aut chriſtus vermis
qz vermis generat ex hũore terre virtute
caloris ſolaris. Et ſicut vermis patet hz
in celis et matrem in terris. ſic chriſtus hz
in celis patrem ſuum ſine matre. in terris
matrem ſine patre. **¶** Quinto habet virtutẽ
mollificatiuam p quam emollit et frangit
induratos. Unde dicit **¶ Mſeri. xx.** q mo-
yſes virga bis ſilicez pcuſſit et inde aque
largiſſime emanat. quia multi qui ſarei
videbant ſepe ad memoriaz crucis domi-
nice ad lacrimas pmouent. Sarcũ qñq
frangitur ferro. aliquando igne ſuppoſito
Eſt etiam quoddam genus lapidis. qd
adamas dicitur qui tñ frangit ſanguine
hircino. Sunt ergo quidam qui ad peni-
tentiam frangunt timore diuine potentie
iſti frangunt ferro. Quidam amore di-
ne gratie iſti franguntur igne. quidam reco-
datione paſſionis dominice iſti frangunt
ſanguine.

¶ De ſancto Mattheo apoſtolo.
Sermo primus.

Iheruſalez euange-
liſtam dabo. **¶ Mat. xli.** Ad hoc q aliquod
donũ ſit gratum tria requirunt. Unus ex
parte dñs q ſeq ter liberaliter. Secundũ
ex pre illius cui ſit donatio. ſ. q ſit dignũ
ipſum recipe. Tercium ex preipſius doni
q ſit precioſum et vtile. Iſta tria tangũt
in verbis pmiſſis. **¶** Primo ex pre dei tan-
giſ magna liberalitas cum dicit. **Dabo**
¶ Iaco. i. Si quis veſtz indiget ſapientia
poſtulet a deo qui dat omnibz affluent. **¶**
Deus enim tria opa fecit in quibz vald
liberalis fuit. **¶** Primũ fuit opus creatõis
in quo tam liberalis extitit q celũ et terrã
ſolem et lunam. ſtellas et omnia aſtra celi
creauit vt miteris et diligas creatorẽ eoz
et ne errore deceptus adores ea q creauit
dñs deus tuus in miſteriu cunctis gen-
tibus. Secundum eſt opus redẽptõis
vbi fuit liberalior. **¶ Pſal.** Apud dominũ
miſericordia et co. apud eum redẽ. **¶ Berni.**
Vere copioſa qz nõ gutta ſanguinis ſed
vnda ſtuminis largiter p quinqz partes
corpis emanauit. Tercium eſt opus glo-
rificatiõis vbi eſt liberaliſſimus. **¶ i. Cor. ij.**
qd oculus non vidit nec auris audiuit
nec in cor hominis aſcendit. **¶** Secundo
notat ex pre illius cui ſit donatio magna
dignitas cum dicit **Iheruſalez.** **¶** Per iheru-
ſalẽ que interpretat viſio pacis. eccleſi-
ſia intelligit. **¶** Dicit autem augu. in libro
de ordine. Videbit deũ qui bene viuit bñ
orat et bene ſtudet. Iſta autẽ viſio poteſt
intelligi vel in pñti vel in futuro. In pñti
quidem deus cognoscat in diuinis man-
datis. et hoc eſt q dicit. videbit deum qui
bene viuit. **¶ ps.** A mãdatis tuis intellexi.
In ozõibz deuoris. vnde ſubdit. qui bñ
orat. **¶ ij. Para. xx.** Cum ignoremus quid
agere debeamus hoc ſolũ reſiduum habem⁹
vt oculos noſtros dirigamus ad te. In
diuinis ſcripturis. Unde ſubditur Qui
bene ſtudet **¶ Pſalmiſta.** Lucerna pedibus